

sepe improbos suiq; simillimos beneficijs p̄se-
quitur. CÆS. De lugurtha triūphauit. SyL.
Quāquam illud bellum virtute Metelli ma-
gna ex parte confectū erat: tamen adhuc triū-
phus successori fortasse reseruatus fuisset, ni-
si egomet lugurthā a Boccho rege impetra-
uisssem. CÆS. Cimbros Theutonesque cecidi-
dit. SyL. Has etiam victorias cum C. Mario
communes mihi duco: siquidē legatus in his
prelijs haud parua operā nauauij. Post hac
victorię Marij conticuerunt, & belli splēdor
obsoleuit. At enumera quę ipse in Italia Sici-
lia Græcia Asia gesserim, q̄ semel pralio Ma-
rium vicerim, deinde redditus fama necarim,
ad hęc C. Marium filium, quē paternę furiaę
agitarant, ad consciscendam vltro sibi necem
compulerim, iam facile intelliges quantū illi
viro antecellam. Atque alios cōplures ea tē-
pestate sapientissimos homiēs & fortissimos
imperatores, quibus nunquam caruit, sena-
tus habebat. Quę apud exterarum gentes esset
existimatio de nostro ordine, si Marius impe-
rator aduersus Mithridatem missus fuisset:
dicerent nos ignauos ībelles ineptos ad obe-
undam huiusmodi prouinciam ab Arpinati-
bus ducem impetrasse, vt olim lacedæmonij
contra messenios pugnaturi Tirtheum ab